

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

20 Januarij. 13 Cal. Febr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

S. BERNARDUS, serm. 5. de diversis.  
Exeamus de terra nostra; ut non  
comprehendat nos cogitatio spectans  
ad voluptatem carnis. Exeamus &<sup>Abnega</sup>  
de cognitione nostra, id est à cogi-  
tationibus curiositatis: quæ nimurum  
cum in sensibus corporeis habitet; car-  
nali utiq; cognata est voluptati.  
(06)(06)(06)(06)(06)(06)

20 Januarij. 13 Cal. Febr.

B. THEODARDE, humilitate, atq;  
puritate tam mentis quam corporis incorrupta à DEO dotate: multis <sup>Vixit</sup> circa  
etiam è cœlo revelationibus illustrate. <sup>annum</sup>  
Quas inter illa fuit; dum aliquando <sup>1200.</sup>  
ad mensam repente in fletum, statim  
que in risum solutus, utriusque cau-  
sam dæmones fuisse retulisti: quos in <sup>Dæmo-</sup>  
raptu videris ad moribundum fratrem <sup>nes ad</sup>  
ingenti numero fremebundos accurre- <sup>moribū</sup>  
re: ideoque te lachrymatum: at pul- <sup>dū ac-</sup>  
satâ in signum orandi tabulâ, cum de- <sup>currūt:</sup>  
formes illas belluas conspexeris in  
fugam præcipites ruere; ita ut se invi- <sup>fugiūt.</sup>  
cem in januæ angustijs, porcorum in-  
star grunnientes opprimerent; risum  
te continere non valuisse. Sed & vitæ  
tuæ innocentia tibi pro scuto fuit, ne

## 58 ANNI CISTERCIENSIS

ex belluis illis tartareis ulla tibi morienti molesta esse prælumeret. *Fuga nunc tuis pro me orationibus canes illos, qui tanquam leones circumeunt, quaren-tes, quem devorent. Si enim in quotidiano nunc cum illis certamine frequentes victorias reportavero; spero, nec in ultima lu-cta prævalituros.*

Nunc  
pugnā-  
dum

*Floruit circa annum 1610.*

*Gestat spineā corona.*

*Peccata spinæ.*

B. Pater MICHAEL Triquier, magne Doctor, & disciplinæ regularis restaurator zelosissime. Qui Parisijs laurea Doctoris coronatus; ac postmodum ad varia in S. Ordine munia adhibus, strenuè & sanctè omnia administrasti. Denique in monasterio Fontis Danielis, tuæ stabilitatis loco, stabile, & in perpetua apud posteros memoria duraturum sanctimoniac tuæ monumentum posuisti: præcipue in afflictionum sponte quæsitarum tolerantia: dum totum corpus veste aculeis ferratis aspera cinxisti, & ne pars aliqua dolore vacaret, sub capitis tegumento spinas; ad imitationem I E S U Patientis, continuato dies noctesque cruciatu gestabas. *Infige etiā meo capiti spinarum aculeos, qui rebelles propriæ voluntatis affectus compungant & conte-rant. Doce me in amaritudine animæ meæ recogitare peccata mea; quæ nimirum acerbius afflixerunt sacratissimum Servatoris*

*mei*

XXI JANUARII. 59

mei verticem, quam spinis horrida corona.

S. BERNARDUS, serm. de S. Andrea.

Crux pretiosa est; & Crux amari potest; & Crux habet exultationem: si <sup>Crux</sup> amāda.  
fuerit, qui colligat semper lignum Crucis, vitam germinat, fructificat  
jucunditatem, oleum lētitiæ fillat,  
balsamum sudat temporalium charismatum. Non est arbor sylvestris;  
lignum vitæ est apprehendentibus eā.  
— (—)(—)(—)(—)(—)(—)(—)

21 Januarij. 12 Cal. Febr.

B. BOSO, primis filijs, quicq. Christq. Ordine  
beatissimus Parens BERNARDUS ingresso  
genuit, feliciter annumerate. Verè fi- anno  
lius pacis, & indolis mitissimæ: adeo 1124.  
ut te motum aut turbatum nemo vi-  
derit unquam: sed eras ut inter pro-  
spera sic adversa tui ubique similis. O-  
tij persecutor acerrimus: in quod assi-  
duo vel labore vel prece pugnabas. mortuus  
Morientis facies tanto fulgore splen- splendet.  
debat; ut astantibus evidenter con-  
staret; quam lucē inhabitaret spiritus,  
cujus communione jam corpus gau-  
deret. Dei oraculum est: beatos esse paci-

C 6 ficos